

De Laclii Ciceroniani codice Didotiano

narratio Theodori Mommseni.

Firminus Didot Parisinus, qui cum aliis nominibus egregie de artibus liberalibus meruit tum parata sibi bibliotheca non minus splendida quam utili, inter alias quos inde protulit codicem mihi exhibuit, quem ex subnotatione saec. XV scripta (*'iste liber est ecclie Constan'*) apparuit olim fuisse Constantiae itaque descendere omnino ex ditissimo librorum thesauro Scotorum ordinis S. Benedicti qui Sangallense et Augiense aliaque per Alamanniam monasteria a saeculo inde VII fundaverunt. Codex de quo agimus membranaceus est formae quartanae, quaternionum opinor sex, quorum tamen numerus non notatus est nisi f. 29 in extremo quarto ($m\bar{l} \equiv \bar{q} \equiv m\bar{l}$), foliorum vero 43; scilicet primi quaternionis primum folium, item extreimi folia aliquot perierunt, praeterea ex quarto quaternione desiderantur folia secundum (inter f. 24 et 25) et septimum (inter f. 28. 29). Scriptus est liber saeculo decimo vel fortasse exeunte nono. Continentur eo f. 1—32 r. Ciceronis Laelius inscriptione antiqua nulla, subscriptione hac: *explicit liber tullii* et f. 32 v.—43 r. *'sententiae Senecae phylosophi'*. In eadem pagina extrema manu eadem, sed postea ut videtur adiecta leguntur haec:

'Incipiunt versi

O mortalis homo mortis reminiscere casus

Nil pecude distas tantum si prospere (*sic*) captas'.

Versa item scripta est versibus sententiisve, sed ita detrita ut nisi remedio aliquo adhibito legi nequeat. Sententias Senecae quae dicuntur descripsi; dispositae sunt secundum primas lit-

teras et re ipsa bipertitae, nam prior pars ad f. 38 v.: *nondum felix es si nondum te turba deridet* (v. 531 Ribb.) pertinet ad corpus sententiarum hodie notum sub nomine Syri, posterior, quae incipit sic: *Nam etsi nullos inimicos tibi faciat iniuria, multos tamen facit invidia* constat sententiis pedestri oratione conceptis iisque vulgaribus et magna ex parte argumenti Christiani, quibus librarius aliquis corpus illud quod imperfectum accepit videtur explevisse. Sententias illas mea causa examinavit Hauptius neque quidquam in iis contineri docuit, quod ad corpus quod habemus vel augendum vel emendandum magnopere pertineret; itaque missas feci. Contra in Laelio libros quos praeterea accurate novimus vincit opinor omnes Parisinus cum aetate (nam inter eos quibus usus est in nova editione Halmius unus Gudianus ad saec. X ascendit) tum bonitate, id quod vel unus locus 615, 4 extra dubium ponit. Nam cum ibi sit in codicibus D E G sed nec comparantur *cato in (catoni DE)*, in codd. B S V sed *hi quidem nec catoni comparantur*, veram neque interpolatam lectionem *sed hi in pueris, Cato in dudum protulit Carolus Langius ex Iacobi Susii libro*, ad quam iam lectio libri Parisini *sed hi iniueris cato in tam prope accedit*, ut hunc librum aut gemellum esse Susiani necesse sit aut eum ipsum. Item 622, 18 quod hodie legitur ex coniectura Turnobi *vel uxoriae condicionis* id ipsum fere, scilicet *vel luxoriae*, legitur in codice hoc, cum in reliquis sit *vel luxoriae*. Haud scio an etiam comma quod est 627, 23 *sperni . . . 24 novis male adiunctum praecedentibus* nec fortasse satis aptum delendum sit, cum desit in solo libro Parisino. Idem confirmant reliquae lectiones pauca quidem offerentes aliunde plane ignota et nova, sed omnes ita comparatae, ut Parisinum librum quamquam non exemptum mendis sibi propriis, tamen in summa re reliquis omnibus praestare apparet. Proxime autem ad eum accedunt ex Halmianis Vindobonensis 3115 (D), qui nonnunquam vel in peculiaribus erroribus cum Parisino consentit, et Erfurtensis (E); paulo longius absunt reliqui Gudianus (G), Benedictoburanus (B), Salisburgensis (S), Vindobonensis 275 (V). Propter hanc libri praestantiam, cum

praesertim extet in bibliotheca privata, visum est hoc loco ad editionem Halmianam a. 1862 edere variam lectionem omnem, ut excepit ego, confirmavit quibusdam locis gener Didoti vetus mihi familiaris Noel des Vergers. De orthographicis autem potiora hic summatim adnotabo.

Orthographia libri in universum proba est, cuius generis scripturas praeter eas, in quibus codex cum editione consentit (ut sunt *adulescens*, *intelligere*, *neglegere* aliaque complura) adnotabo paucas. Vocabula quae semiplena scribi solent vel adeo debent, ut praenomina, *cos.*, *pr.* (637, 25), *tr. pl.*, *rei p.*, *p. R.*, plerumque adsunt compendiata. Non semper sed saepissime reperitur *maximus*, *proximus*, *optimus*, *amicissimi* (614, 25), *lubido*, *existimare*; raro *i* simplex pro duplici (*sociis* 616, 2; *rutili* 639, 8), unde etiam in vocativo saepe pro *i* legitur *ii*; semel *Pili* (620, 8), pro Philo; semper *benivolentia*, *valitudo*, *repperire*, item *pernitosus* (634, 17. 637, 33), quod notandum, cum *c* et *t* rarissime permutentur (adnotavi tantum *divicias* 618, 14; *inicio* 630, 20; *conditionis* 622, 18). In assimilatione admittenda vel reicienda liber non sibi constat, ut tamen saepius praetereatur; adnotavi *inlustris*, *inpendere*, *inprobus* (contra *implerisque* 616, 12), *conlegium*, *conlatus*, *conroboratus*, *adpetere*, *adgnoscere*, *ecferre* (619, 27), *exflorescere* (639, 2). Vbi fluctuat usus inter *c* et *qu*, plerumque illud scribitur, sed *loquitus* est 613, 32 corruptelaeque vocabuli *cum* interdum (615, 34. 617, 8. 619, 8) indigitant scripturam archetypi *quum* sive *quom*. In vocabulis syllabisve extremis permutantur *b* et *p* (*suptilius* 614, 15; *reabse* 623, 24), *d* et *t* (*ad* 623, 4; *quod* 619, 17. 18. 19. 629, 17; *capud* 625, 13. 629, 10; *inquit* 613, 16; *haut* 618, 13). Inter meros soloecismos longe frequentissimum est *ae* pro *e*, sic in adverbiosis *beatae*, *benivolae*, *caquae*, *maximae*, item in *quaerella*, *caeperunt*, *caeteri*, *interpraetari*, *laevitas*, *paenuria*, *praevari*, *practiosus*, *quaecant*, *quaeri*, *reprachendere*, *saeveritas*, ad eoque in *benivolentia* (619, 15) et in *consulaere* (626, 25); simile est *cooperit* (620, 11). Error contrarius *e* pro *ae* ut originis recentioris ita in hoc codice longe rarior est neque adno-

tavi commissum nisi sexies *cause, humane, vestre, Gre-
cia, merere* (616, 22). Praeterea haec adnotavi: *hemiciclio, ar-
chita — filo pro Philo* (631, 12) — *aceruius* (628, 10) — *con-
tempnunt* (635, 9) — *hutilitas* (636, 1); *ospilis* (619, 27); *pyrro*
(621, 3) — *magestas* (637, 17) — *suppellex* (627, 27); *inbecillus*
(619, 12), *oportunus* (618, 32) — *coniuncta* (616, 31) — *diliciis*
(627, 3) — *pocne pro paene* (634, 5). Haec etsi plena esse non
spondeo, tamen sufficient ad indolem codicis orthographicam
recte repraesentandam. Denique observandum est interlocuto-
rum nomina ubi adsunt (nam desiderantur 614, 3. 23. 29. 617, 5.
10. 620, 6. 9. 10. 12. 622, 6) in margine scripta esse, primam
autem paginam (ad p. 613, 8 *utcbare*) situ et usu ita detritam
esse, ut aegre legatur. In edenda varia lectio libri Parisini
(P) ubi visum est notitiae causa aut de ceterorum librorum
omnium (C) aut de certorum quorundam lectio admonere,
signa retinui Halmiana; nota o distinguit mendas quasdam in-
utiles libro Parisino proprias.

inscriptio nulla

613, 5 cum et ego	615, 20 factus consul est bis
19 cognatione O	26 iudicatum
21 ad te] a te O	32 dictum O
30 ad senem senex P(D?)	34 cum] quam
<i>soli recte</i>	
614, 2 te ipse PDE	616, 1 reductus ad uesperum
3 laelii O	5 his qui haec nuper
7 quia] qui O	13 hisque
13 sicut] sicut ut O	14 optimoque et iustissi- moque quique
14 in reliqua graecia PD	15 quique idem
appellatur O	17 adesset
16 eum quidem etiam PDE	19 per om.
23 laelii multum	23 sin autem aut illa ue- rior aut idem
27 causae PC	29 fuerat] furatae O
615, 4 gaium PC. Galum, non	34 sapientiae] sapientiam
Gallum scribendum esse	
docui Mus. Rhen. nov.	617, 8 cum ex t. q.] quam ex
16, 355	te quaeritur
5 in pueris] iniueris P so- lus fere recte, vide supra	10 mihi uero erit gratum atque
8 uestrum om. PD	15 his
17 minimi	

- | | |
|---|--|
| 617, 27 m. curium t. corunca-
nium
32 aequalitas <i>PC</i>
33 sitque <i>PC</i>
33 ut bi
35 quia sequantur <i>P so-</i>
<i>lus recte</i> | 621, 2 qui p. cassium <i>PC</i>
11 adiuncta <i>O</i>
12 amoris] moris <i>O</i>
16 uoluntur <i>O</i>
18 sibi plurimum
20 excellit <small>ur</small> <i>O</i>
23 habeat <i>O</i>
24 beniuolencitiam <i>O</i>
28 libertatem <i>O</i>
30 ab his <i>PC</i>
36 se et proprius (<i>sic ut</i>
<i>err. typ. edidit Halm.</i>)
37 sintque <i>PC</i> |
| 618, 9 ex infirmitas otiectate <i>O</i>
11 duo
14 quicquam] nihil <i>PE</i>
homini sit <i>PDE</i>
16 superior <i>O</i>
21 nostrae <i>om.</i>
22 magnificentiam etiam
uirosque
23 gaios <i>PC</i> ; cf. 615, 4
28 quis] qui
33 ut colere honores lau-
dare | 622, 1 sit honesta certatio
2 ab] ad <i>O</i>
3 amicitias congл.
10 scipione <i>O</i>
11 amicitia u. a. e. uitiae
diem permare (<i>sic</i>)
13 sentirentur |
| 619, 3 aiut (<i>sic</i>) locis pluribus
8 quamque <i>O</i>
13 dictum <i>O</i>
16 nec agri
18 ex dissensionibus id et
excordis
22 esse <i>om.</i>
28 noui <i>O</i>
28 uter orestes esse dice-
ret <i>om. mediis</i> | cen
14 ingrauestes
16 ponerentur
18 uel luxoriae <i>P solus et</i>
<i>fere recte</i>
21 amicis <i>PD</i>
27 his
30 odia etiam
32 disceret <i>O</i>
33 quatenus <i>cum ed.</i> |
| 620, 1 si quae
2 his
6 dicere <i>O</i>
7 repliblica <i>O</i>
17 reciprandisque m. quo
quis minus
21 est] et <i>O</i>
22 his
23 fictum] f. est
24 quae propter
32 nati <i>O</i>
33 aliquid <i>O</i>
35 adliceat <i>O</i>
36 quos <i>om. O</i>
37 m. curi | 623, 1 becillimum. <i>Cassii cognomen praeter hunc locum non invenitur nisi apud Dionysium 5, 49, ubi quod in codd. proditum est OYCKE INOC, probabiliter OYEKE INOC interpretabimur; apud Chronographum a. 354, apud quem est Vigellinus sive Bigellinus et in fastis Idatianis Siculisque, ubi in melioribus exemplis est</i> |

- Vitellinus, *in deterioribus quibusdam Viscellinus similesve corruptelae. Vide C. I. L. I. p. 486. 488 ad. a. 252. 261. 266. 268. Quare Viscellini nomen omnino abiciendum restituendum que Vecellini.*
- 623, 2 Sp. Maelium] ammelium. Scribe Maelium *sine praenomine.*
- 3 tiberium quidem gracum
- 4 bissius *PC*
- 5 cum] quam *O*
laenate *PC*
- 8 etiammi si (*om. inquam*)
- 9 numquam inquit *P solus, recte opinor, nisi praelest et inquam et inquit delere*
- 14 prosolvit *O*
- 18 ab iis
- 19 simus si *PE*
de his
- 20 videmus a. d. q. memoria *recte*
- 23 uideamus aemilium luscino *P solus recte*
- 25 cum his
marcum curium ti. coruncanum
- 26 suspicare *O*
- 29 imperaturum *O*
- 624, 1 ut] aut *O*
- 6 aliquantum *PB*
- 8 populus Romanus] p.
- 9 in P. Scipione *P. solus recte*
- 11 quocumque modo potuimus] quoque modo potuimus *P*, quoque quem modo posuimus *C. Ex-*
- ciderat exarchetypo cum,
unde interpolaverunt libri praeter *P omnes*
- 623, 12 c. gracci autem t. q. expetem
- 13 proclivis *P recte*
- 14 gabiani *O*
- 624, 20 in magna aliqua rep̄ peccantibus
- 22 his . . . his
- 30 uincanda *O*
- 33 quales
sit *om. PE recte*
- 625, 4 uerum dare gaudeamus *PC*
- 6 aperta
pereatur *O*
- 9 argutiis] sic *PG*
ne *om.*
- 16 adiuuentique *O*
- 20 hii qui puteturⁱ
- 21 ii *om.*
- 31 dolore contrariusⁱ
- 32 in sapientem] insipientem
- 626, 4 diffundantur et i. contrahantur *PC*
- 6 molestia *O*
- 8 si quasi significatio
- 10 contigit
- 12 animo autem] animante *PD soli O*
- 17 et tam trahat *PC*
- 26 utilitatum *P* (*um in litura*)
- 31 hi
- 33 haud] aut
- 627, 1 militiae] amicitiae *O*
- 2 secuta *PDE*
- 8 nimirum in qua *PC*
- 11 aut] at *O*
- 14 cum exultantem
- 15 neutri

- 627, 21 hoc 631, 4 quin etiam in] qui in
 23 sperni . . . novis *om.* mentione *o*
P, recte fortasse 5 qui non] quin *PDE*
 25 pecuniam *o* 7 in his
 28 parant cui parent 8 cum] quin
 laborantur
 quique qui vicit 12 rutilio
 628, 1 autem sunt 15 per se posse esse
 2 deligendi 17 sint
 3 una *o* 17 inbecilliore *PG¹*
 8 sic *om.* (*videlur delen-* 23 duxerint *recte*
dum sit) 27 hi
 9 nostra *P solus* coniunctionisque
 13 his 30 quaerunt
 17 vera amicitia exprobant
 18 restricte 33 exprobantium
 22 aut si spes *o* 632, 1 ut hi
 25 in *om.* 2 se *om. PC*
 27 dixero 4 ferre contigit nisi is
 33 eius] ei 9 rutilum
 35 rursum 13 et *om. PE*
 629, 4 deligendo 17 modo est aliter (*fort.*
 5 inimicitiarum] in amici- modo aestimandi; ali-
 tiarum ter)
 9 sunt *o* 22 quadam
 10 aut fama] ut fama 632, 23 magnas . . . 633, 15
 sit] est etiam in *desunt exciso*
 14 adsentando collegeretur folio inter 24 et 25
 potest uirtus 633, 17 ferenda
 18 posset *bis* 29 et qualis] est qualis
 19 eligendis negligendis 30 ipse
 20 amicitias *PO* 34 se ipsae diligent
 25 aequis tempestatis sic 634, 4 fit] sit
 amicitias diligit . . . anquirit
 28 sinuerunt 7 habere talem amicum
 34 sint *PV²* *Madvig*, sunt *C* 9 his desiderat
 obscuratu *o* 12 his q. caeteris
 630, 1 in his 17 his
 3 ut *om. o* 19 lubidinem
 5 descendant 29 opera danda] operanda *o*
 16 isdem 31 iudicaris *PD*
 23 occultare sententiam] oc- 635, 11 et hii
 culta reserent. Iam *o* 12 contulerint et hi
 13 hii
 14 tradiderint

- 635, 19 quem] que *O*
 20 adquirat
 21 possit *PC*
 22 usquam *O*
 24 abundantia et copia
 25 possit
 32 tamquam] tamquod
 636, 1 subeunda] sublevanda
PDEG²
 2 mouendi a. saepe sunt
 13 adsententatio
 20 hii
 636, 21 peccasse — 637, 16 de
 scipione desunt exciso
folio inter 28 et 29
 637, 21 coaptatio *PC*; etiam in
lege Iulia municipali
(C. I. L. I p. 121)
v. 86 est coaptato (cf. v.
106 coptato). Cum o
geminatam antiqua lin
gua non admitteret, for
tasse pro ea substitue-
- runt modo o, modo oa, ut*
pro uu scribitur modo
u, modo ou.
 637, 27 si in] sim
scaena] scamma
 30 pectus] peccatum *O*
 34 is] si *O*
 638, 9 adsentator] adsenator *O*
 14 enim] enim et *O*
 17 litigare] litiga
 20 coamicos
 21 elusseris] ut iusseris
 22 stultissime
 27 uirtus uirtus
 30 accepit
 32 ductum *PDE*
 639, 12 peruenires *O*
 13 semperque aliqui an re
 quirendi
 24 oblationis *O*
 33 adfert
scriptum est: explicit liber
tullii.